# Oswiecim.

1457 Circa 19 7bris: Ex Origi. Arch. Regni.

Resignatio Ducatus Osvancziemensis per Ducem Januszium Serenissimo Casimiro Regi et Regno Poloniae

86

Nos Januszius Dei Gratia Dux
Dux Osviancziemensis significamus tenore
praesentium quibus expedit universis praesen
tibus et futuris, Quia Summo Sathagentes
desiderio Venditionem inscriptionem et Re
signationem Ducatus et Terrae Oswanczi
mensis Serenissimo Principi et Domino
Domino Casimiro Dei Gratia Regi Polo
niae, magno Duci Litvaniae Haeredi Rus
siae Domino Prussiae et suo Regno ac
Coronae Poloniae per Nos titulo perpe
tuae et irrevocabilis venditionis inscriptio
nis et resignationis cum omnibus et sin
gulis ejusdem Terrae Nostris videlicet Oswan
czim et Wolek Civitatibus, Oppidis Villis
Theloneis Jure quoque Ducali quo soli
cum tenuimus factam robur obtinere
re perpetuae firmitatis promittimus

policemur

Oswiecim.

polliceamur et spondemus circa fidem
et honorem sine dolo et fraude Verbo nostro
Ducali et Catholico in ampliorem prae
fatae venditionis Resignationis inscri
ptionis et contractus nostri cautelam
quod inscriptionis venditionis et Resi
gnationis praefati Ducatus et Terrae O
swaczimensis dicto Serenissimo Principi
et Domino Domino Casimiro Regi Po
loniae et suo Regno ac Coronae Poloniae
per nos factam cum omnibus et singu
lis conditionibus clausulis atque punctis
coram Serenissimo Principe Domino Re
ge Bohemiae quamprimum ad id obtu
lerit se facultas et quamprimum fu
erimus per Dominum Kazimirum
Regem et Coronam Poloniae avisati
nostrisque expensis et impensis in
forma pleniori faciemus nulla prae
scriptione. Ipsum Dominum Regem
evadendo, si et in quantum huiusmo
di Resignatio est de Jure vel de mo
re quamquidem resignationem si mor

te vel aliqua

si morte vel aliqua alia causa præ
venti vivæ vocis oraculo coram præ
fato Rege Bohemiæ facere negle
xerimus eam tamen præsentibus No
stris publicis et patentibus Literis fa
cimus exprimimus, Recognoscimus pro
fitemur et pronuntiamus, Volentes
ut talem firmatem et robur obtineat
ac si per Nos fuisset vivæ vocis recø
gnita et pronuntiata. Item promit
timus bona fide quod amplius et de
cetero indetrimentum et lesuram Su
is Ducatis, quod præfatus Serenissimus
Dominus Kazimirus Rex et suum Re
gnum et Corona Poloniæ in dicto
Ducatu Osswanczimiensi habere
dinoscunt nullas literas Privilegia
aut Munimenta Libertates aliquas
aut relaxationes onerum aut tributo
rum sui Ducalis fisci subquacunque
data concedemus aut largiemur, quod
si astutia vel fallatia hominis
improbi aliquæ Literæ sub nostro ti

tulo

Oswiecim.

titulo et sigillo fabricare fuerint illas pronuntiamus vitiosas et suspectas et nullius efficatiae roboris vel momenti. Datt. in Gleiwizl Feria secunda ante festum Sancti Mathaei Apostoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Septimo Praesentibus strenuis Generosis et Nobilibus Joanne Schaszowski Zawissa Bohemo Nicolao de Kamień Czystek Schilhan de Hathmant Mislibooo de Orzesche Joanne Gorniesz de Schomburg, Michaele Laszkowski Nicolao Moszkowski Nicolao Schaszowski Joanne Wiecz de Thomicza Procopio de Swanthostawicza Umcone Sciencilis de Zasch Joanne Klema Urbano de Kopczowicza Michaele de Zawiecza Notario Nostro et Alijs fide dignis testibg circa praemissa.

Ta Kopia wypisana z Oryginału Pargaminowego 1785 Roku Dnia 27 Mca Lipca u którego na sznurku kręconym z iedwabiu Niebieskiego zczerwonym wisi pieczęć iedna. ___